



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

44 Excommunicati sunt, qui alienant & recipiunt res Ecclesiae alienatas, &  
tunc infeudatio devolvitur ad Papam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

num. 5, de reserv. & Rota decis. 1, de prob. in antiquior.

- 42 Aut devolvuntur ꝑ prædia feudalìa, vel emphyteutica, seu aliqua pars castri, vel jurisdictionis, quæ non videntur expressè prohibita per dictas Constitutiones Pii V. & Innocent. IX. & tunc servanda est dispositio extravag. *Ambitiosa*, de reb. Eccl. non alien. & eo casu si Prælatus consanguineos, aut alias personas sibi bene vilas pro eodem canone, seu etiam cum aliquo augmento ejusdem canonis, vel servitutis Episcopo præstandæ, vult investire, non tenet investitura, nisi tunc fiat, cum Ecclesiæ evidentem utilitate, ita quòd, si Ecclesia tempore devolutionis percipere potuisset centum ducatos annuos, dentur centum, & ultra, non autem, si à defuncto ultimo investito percipiebat ducatum u-  
46 num, dentur Prælato, & mensæ Ecclesiæ duo ducati, quia illa dictio, ꝑ tunc, extremitatem temporis significat, l. 3, §. 1. juncta gloss. in ver. tunc, & ibi Bart. ff. de cond. & demonstr. Paris. conf. 26, num. 9, 47 volum. 2, cum aliis supra nam. 3, allegatis. Et nisi constet de evidenti utilitate Ecclesiæ, habito respectu ad tempus infeudationis, infeudatio omninò nullius redditur roboris, vel momenti, ut in eadem extravag. *Ambitiosa*, §. si quis autem.
- 44 Et contrafacientes tam ꝑ qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona recipit, sententiam excommunicationis incurrunt, ut ibi versic. & tam qui alienat, & Conc. Trident. cap. 11, sess. 22, de reformat. ac præterea infeudatio devolvi-  
48 tur ad Papam, arg. tex. in extravag. Pii V. in Bull. cap. 58, ubi conferentes

beneficia ꝑ per resignationem vacantis consanguineis, affinis, & familiaribus resignantibus, tam collatores, quàm provisi in eo, in quo delinquant, puniuntur, quia à jure conferendi suspensionis penam incurrunt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & taliter provisi titulo carent. Et cum semel, & nulliter infeudaverint, sunt eorum officio functi, & jus infeudandi devolvitur ad Sedem Apostolicam, quæ castra solet Cameræ, & Sedi Apostolicæ incorporare, & jurisdictiones cum aliis consortibus indivisas, & prædia feudalìa aliis consuevit infeudare, ut de feudo Tegliolarum, Rovati, & Maretii, aliorumque locorum. Papien. & Astens. diocesi. tempore Papæ Gregorii XIII. & etiam postea factum fuit, & facere potest, cum Papa in his ꝑ omnia possit, & habet plenitudinem potestatis, ita quòd nulla indigeat adjunctione, cap. si omnia, 6, quest. 1, cap. bene quidem. 26, dist. & Butsat. conf. 124, num. 63, lib. 8.

Propterea, ut in indemnitati ꝑ Ecclesiæ consulatur, alienationes omnes, quæ auctoritate Apostolica ex causa permutationis, vel in emphyteusim admittuntur, Ordinariis locorum, & uni ex dignitatibus in cathedrali Ecclesia constitutis, qui, vocatis vocandis, conjunctim procedere debeant, committuntur; ita ut constituto, quòd in Ecclesiæ evidentem utilitatem alienatio cedat, eorum conscientiam ad formam dictæ extravag. *Ambitiosa*, onerando illam auctoritate Apostolica confirmet.

48 Dicta clausula, ꝑ vocatis vocandis, facit executorem missum, qui, parte vocata, & servatis servandis, procedere debet.

Felin.